



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Capitvlaria Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae  
doctissimorum virorum

**Baluze, Etienne**

**Parisiis, 1677**

CXL. Ludovici Transmarini praeceptum pro monasterio Cantogilensi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-22974**

rum Rex. Qui pro amore omnipotentis Domini sanctam Dei Ecclesiam construere & reedificare gliscit, magnam in honore sanctorum mercedem impendit, in futuro vero cum sanctis vitam acquirat sempiternam. Idcirco notum sit omnibus sanctae Dei Ecclesiae fidelibus scilicet & futuris quoniam adit nostram serenitatem Dalmatius noster per omnia fidelissimus Miles, petiit nostram celsitudinem quatenus nostrae auctoritatis praeceptum de terra quam ad abbatiam sancti Iohannis Baptistae nobilissimi homines dederunt, in castrum videlicet Malasti, fieri praecepissimus, illius fuit petiitio, & nostrae libuit voluntati, pro restauratione illius loci, & nostrae auctoritatis praeceptum iussimus fieri, ut sancti monachi ibidem Domino servientes illam terram firmiter teneant sine ulla contrarietate aut alicujus contradictione per iussionem Domini Abbatis Atifonsi ejusdem loci. Conjacet etenim in comitatu Carcaense cum mercato super fluvium Duranna. Est ibidem villa fica cum Ecclesia, altera villa Caucus cum Ecclesia, alia Venteniaco cum Ecclesia, alia Elisau cum Ecclesia, alia villa Valeriano cum Ecclesia, Ecclesia de Amanciano, alia sancti Martini super fluvium Lampa, alia Monteconilio, in comitatu Redense, villa Garmatia cum Ecclesia, alia villa sancti Iohannis & sanctae crucis Paris cum Ecclesia ipsa . . . . villa cum Ecclesia, Lauraco cum Ecclesia, item sancti Martini villa; in comitatu Narbonense, Truliano cum Ecclesia & fisco & aquae ductu, villa sancti Frustruosi; in comitatu Carcaense, villa Castellani, Villanova cum Ecclesia, Vinus cum Ecclesia sanctae Ceciliiae. Haec omnia, & sicut continentur in aliis praeceptis, ex parte nostra sunt stabilia, de supradictis villis seu de Ecclesiis ibidem datis, & nullus per vim intrare praesumat in abbatiam nisi quem electio elegerit. Ut autem haec supradicta firma sint & stabilia permanent in ævum, nostro nomine insigniri & anuli nostri impressione iussimus sigillari.

Signum Radulfi Regis gloriosissimi.  
Ansigifus Episcopus recognovit.  
Data III. Kal. Iunias anno nono regnante Radulfo Rege.  
Actum Ansa villa.

## CXL.

*Ludovici Transmarini praeceptum pro monasterio Cantogilensi.*

An. 942.  
Ex chartulario Ecclesiae Bri-varensis cap. 451.

**I**N nomine sanctae & individuae Trinitatis. Ludovicus divina annuente gratia Francorum Rex. Si locis sanctorum & divino cultui mancipatis ob amorem Dei & sanctorum ejus aliquid conferimus, seu quae à fidelibus devotè largiuntur regia auctoritate nostra corroboramus, à summo honorum omnium remuneratore recompensari nobis id pro certo confidimus. Quocirca omnium sanctae Dei Ecclesiae fidelium [nostrorumque] tam praesentium [quam & futurorum] noscat industria quia serenitatem nostram] humiliter adhaerentes monachi sancti Marcellini egregij confessoris Cantogilonensis cœnobij obnixè sibi expetere quatenus res quas Cunibertus quondam

Tom. II.

Præpositus ceterique fratres sancti Iuliani pro communi salute per consensum Ragemundi Principis Aquitanorum necne aliorum ipsius patriæ procerum tam Episcoporum quam laicorum praedicto monasterio contulerant nostrae regalitatis praecepto, ut in illorum testamento sancitum est, confirmare dignemur. Quorum petitionibus ob Christi & sancti ejus jam praebati Marcellini dilectionem, sive fidelium nostrorum deprecationem, videlicet Hecici Lingonensis Episcopi, & Gotescalchi Ancienensis Praefuli, Rotgerij quoque illustris Comitis, harum praebentes assensum, iussimus hoc regale decretum fieri, in quo confirmando decernimus & decernendo firmamus ut monachi praefati loci Cantogilonensis iandictas res cum omni integritate tam mancipiis quam universis sibi jure & legaliter pertinentibus perpetuò possideant, & quicquid in futuro eis concessum fuerit, eadem auctoritate corroboretur. Praecipimus denique ut nulla praepotens persona aliquod unquam praedictum eis inferat, neque censum quendam injustè perquirat, sed ipsi cum omnibus rebus suis ab omni dominio cujuslibet personae sint liberi & absoluti. Abbatem verò non per alicujus iussionem, sed secundum sancti Benedicti regulam, omni tempore sibi insituant. Et ut haec nostrae auctoritatis gratia inviolabiliter per succedentia temporum curricula observetur ab omnibus, manu nostra eam subter firmantes, anuli nostri imagine firmare praecipimus.

Signum Ludovicus.

S. Odilo Cancellarius ad vicem Hervæi Episcopi summiq; Cancellarij recognovit.

Datum Non. Decembris Indictione xv. anno vi. regnante Ludovico gloriosissimo Rege in Dei nomine. Amen.

## CXLI.

*Qualiter Hildericus Abbas Casauriensis sa-  
peravit Johannem Episcopum Pinnensem  
causantem monasterij libertatem.*

**I**N Dei nomine. Villa Mariani campo juris proprietatis sanctae Firmannae Ecclesiae residente Pandulfo Duce & Marchione per licentiam Gaudulfi Episcopi sanctae Firmannae Ecclesiae, & residente cum eo Lupo Comite de ipso comitatu, & residentibus cum eo Suppo & Longino & Franco & Amizo & alio Longino & Hildericus & Adam & Transarico & Arderado & Reinfredo & aliis pluribus astantibus & residentibus. Ibiq; veniens in eorum praesentia Hildericus Abbas cum Alberico avvocato suo, & querellatus est super Johannem Episcopum sanctae Pinnensis Ecclesiae dicens: Domini mei, audite querelam quam Hildericus Abbas & Albericus Advocatus noster super ipso supra scripto Iohanne Episcopo sanctae Pinnensis Ecclesiae depono de abbata sanctae Trinitatis & de ipsius castellis & ipsius abbatae monasteriis cum suis casis & cum suis calalibus & cum suis pertinentiis & cum suis subjacentiis, quod ipse supra scriptus Iohannes Episcopus ipsum monasterium contradicebat, & dicebat quod pertinisset ad ipsum episcopium sanctae Pinnensis Ecclesiae.

E E c c e

An. 947.  
Ex chartulario monasterij Casauriensis.